

1256, abril, 26

Bernat Esteve estableix a Pere de Masó, de Girona, un camp situat <a Girona> prop de l'Onyar, a cens d'una mitgera de blat, per 50 sous d'entrada.

ASD núm. 175, perg. orig., 110 x 190 mm, carta partida.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Stephani, . per me et meos presentes et futuros, dono et stabilio tibi Petro de Mansione commoranti in Gerunda et tuis et cui uolueris in perpetuum totum illum meum campum integre quem habeo et teneo francum in alodio Sancti Danielis, qui condam solebat esse uinea, qui affrontat ab oriente in campo tuo, a meridie in uinea de Guineu qui est monasterii Sancti Danielis, ab accidente in campo qui tenetur per Sanctum Felicem, a circio in alueo Undaris. Predictum quidem campum, cum exitibus et ingresibus et pertinenciis et tenedonibus et melioramentis ibi factis et faciendis et cum omni sua proprietate et integritate et cum omnibus aliis in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus tibi et tuis in perpetuum dono et stabilio et in presenti mito inde te in corporalem et uaquam possessionem ad omnes tuas uoluntates et tuorum perpetuo faciendas, saluo iure Sancti Danielis in omnibus, cui dabis de expletis fideliter tascham et braciaticum, et dabis mihi et meis annuatim pro censu de expleto uel sine expleto unam migeriam frumenti boni et pulcri ad rectam terceriam Gerunde allatam ad meam domum in Gerunda infesto Sancti Felicis. Et conuenio tibi et tuis per me et meos dictum campum semper facere habere et tenere in pace contra cunctam uiuentem personam, obligando tibi et tuis ad hec omnia mea bona et iura habita et habenda ubique, et propter hoc donum siue stabilimentum confiteor me a te numerando recepisse et penes me habuisse .L. solidos barchinonenses, renunciando excepcioni non numerate peccunie. Et ego Petrus de Mansione predictus laudo et concedo hec supradicta et promito tibi Bernarda Stephano et tuis annuatim, cum expleto uel sine expleto dictum censum unius migerie frumenti boni et pulcri soluere infesto Sancti Felicis secundum modum superius comprehensum, et dictum campum laborare et non in aliquo peiorare, et pro hiis omnibus sic atendendis obligo tibi et tuis me et heredes meos et successores et omnia bona habita et habenda mea ubique et specialiter dictum campum et melioramenta facta et facienda.

Actum est hoc .VI. kalendas madii anno Domini .MCCL. sexto

Sig+num Bernardi Stephani, qui hoc firmo. Sig+num Petri de Clota, sig+num Guilielmi Raimundi de Rouira, testium. Sig+num Petri de Mansione predicti, qui hoc firmo et laudo.

(s. man.) Arnallus de Sancto Martina qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii, cum suprascripto in .VI. linea, ubi dicitur "et braciaticum" et in .x. linea, ubi dicitur "soluere", die et anno quo supra. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 363-364